Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Et cecidi in faciem meam. Et audi
ui uocem loquentis. et dixit ad me. fili
hominis. sta super pedes tuos. et loquar
tecum. Et ingressus est in me spi. post
quam locutus est mihi. et statuit me super
pedes meos. T. iii. Et audiui
loquentem ad me et dicentem mihi. fili
hominis. mitto ego te ad filios israel.
ad gentes apostatrices que recesserunt
a me. Pacti sunt pacta
meum usque ad diem hanc. et filii dura
facie et indomabili corde sunt ad quos
ego mitto te. et dices ad eos. Hec dicit
dominus deus. si forte ut ipsi audiant. et si
forte quiescant quia domus exasperans
est. et scient quia propheta fuerit in medio
eorum. Tu autem fili hominis ne timeas eos.
neque sermones eorum metuas. quia mere
dum et subuersores sunt tecum. et cum
scorpionibus habitas. fra. iii.
Et factus est sermo domini ad
me dicens. fili hominis. in medio do
mus exasperantis tu habitas. qui oculos
habent ad uidendum et non uident et
aures ad audiendum et non audiunt. quia
domus exasperans est. Tu autem fili hominis.
fac tibi uasa transmigrationis. et transmigra
bis per diem coram eis. Hec dicit. ii.
Transmig— bis autem de loco
tuo ad alterum — locum in conspectu
eorum. si forte aspiciant quia domus exas
perans est. Et efferes foris uasa tua quasi
uasa transmigrationis per diem in conspectu eorum.
Tu autem egredieris uespere coram
eis. sicut egredientur migrantes ante oculos eorum. H.
Perfode tibi parietem. et egredieris. iii.
per eum in conspectu eorum. In humeris
portabis. in caligine efferes. faciem
tuam uelabis. et non uidebis terram. quia
portentum dedi te domui israel. feci
quasi precepit mihi. Vasa mea protuli quasi
uasa transmigrationis per diem. et uespere
perfodi parietem in manu. In caligi
ne egressus sum. et in humeris por
tauit in conspectu eorum. fra. iiii.
Et factus est sermo domini ad
me mane dicens. fili homi
nis. numquid non dixerunt ad te do
mus israel. domus exasperans. quid tu facis.
Dic ad eos. Hec dicit dominus deus. Super du
cem onus istud qui est in hierusalem. et super
omnem domum que est in medio eorum.
Dic. Ego portentum uestrum. quomodo feci
sic fiet illis. Hec dicit. ii.
In transmigrationem et captiuitatem
ibunt. et dux qui est in medio eorum
in humeris portabitur in caligine
egredietur parietem perfodient ut
educant eum. faciet eum operire ut non
uideat oculo terram. Et extendam
rete meum super illum. et capietur in sa
gena mea. et adducam eum in
babylonem terram chaldeorum. et
ipsam non uidebit. ibique morietur. et
omnes qui circa eum sunt. Hec. iii.
Presidium eius et agmina eius dispga